



Gospel for the Feast of the Holy Family

Tonus evangélii

D




Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


C




Um factus esset Jesus annórum du-ódecim, ascendéntibus illis



Jerosólymam secúndum consu-etúdinem di-é-i festi, consumma-tísque di-




ébus, cum redírent, remánsit pu-er Jesus in Jerúsa-lem, et non cognové-




runt paréntes e-jus. Existimántes autem illum esse in comi-tátu, venérunt



i-ter di-é-i, et requirébant e-um inter cognátos et no-tos. Et non inve-



ni-éntes, regréssi sunt in Jerúsa-lem, requiréntes e-um. Et factum est,




post trídu-um invenérunt illum in templo sedéntem in médi-o doctórum,




audi-éntem illos et interrogántem e-os. Stupébant autem omnes, qui e-um



audi-ébant, super prúdentia, et respónsis e-jus. Et vidéntes admirá-ti




sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fi-li, quid fecísti nobis sic? ecce, pater



tu-us, et ego doléntes quærebámus te. Et a-it ad illos: Quid est quod me




quærebá-tis? nesci-ebá-tis qui-a in his, quæ Patris me-i sunt, opórtet me




esse? Et ipsi non intellexérunt verbum quod locútus est ad e-os. Et



descéndit cum e-is, et venit Názareth: et erat súbditus il-lis. Et mater ejus



conservábat ómnia verba hæc in corde su-o. Et Jesus pro-fi-ci-ébat



sapi-éntia, et ætáte, et grá-tia apud De-um, et hómines.